

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvvm**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Absolutio moribundi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

14 *Absolutio ab hæresi.*

interim ad vitandam infamiam , aut scandalum , si Sacerdos est, celebrare; si autem laicus , Eucharistiam sumere, eliciendo prius actum contritionis. At si se id posse diffidit , confiteatur, & à Confessario absoluatur. Nauarr. & alij 3 p.1.tr.5 resol.4.

7 Si quis committat crima spectantia ad tribunal S.Inquisitionis , modò non habeat errorem in intellectu, poterit à quocumque Confessario virtute Bullæ Cruciatæ absolvi; hæc enim Bulla solam excipit hæresim. Suarez & alij 6.Idemque posse Regulares visuorum priuilegiorum docent Portel & Freitas : cùm enim possint absoluere à reseruatis Sedi Apostolicæ , quidni poterunt à reseruatis inferiori Tribunal? Ego tamen nihil definio. *ibid. ref.7. & 8.*

Absolutio moribundi.

1 **M**oribundus qui nutibus tantum petit à Confessario absolutiōnem, est absoluendus. Neque enim Deus à nobis exigit aliam confessionem, quàm quæ nobis hîc & nunc possibilis est. Suarez & alij 16.p.3.tr.3.ref.1.

2 Moribundus qui vsu sensuum amisso edit pœnitentiæ signa, est absoluendus

dus sub conditione , licet dubium sit,
num hæc signa ex dolore, an ex mortis
angustia oriuntur. Layman & alij 3.
Idem dicendum de eo qui genibus Sa-
cerdotis aduolutus, peccata confessu-
rus subitâ apoplexiâ corripitur Si tamē
id contingere Sacerdoti in fine In-
troitus , qui sano corpore Missam in-
choasset , non videtur absoluendus,
quia illa generalis cōfessio quam fecit,
non fuit sacramentalis. *ibid.ref.2.* & 3.

3 Moribundus qui absente Confessa-
rio confessionem petiit , vel signa pœ-
nitentiæ dedit , aliquo id testante , est
absoluendus : quia hoc ipso facetur se
peccasse, petitque ut adstantes tamquā
sua voluntatis interpretes id Sacerdoti
renuntient, ab eoque pro se absolu-
tionem petant. D.Thomas & alij 32. Ne-
que requiruntur plures testes, sed unus
sufficit. *ibid.ref.4* & 5.

4 Si verò testes absente infirmo sen-
fibus destituto , renuntient Sacerdoti
illum petiisse confessionem , vel signa
contritionis ostendiisse, non potest Sa-
cerdos illum absoluere , etiam si adhuc
viuum inueniat. Quia moribundus cō-
fittetur per nuntium absenti Sacerdoti,
quæ confessio Clementis VIII. Decreto
dam.

16 *Absolutio moribundi.*

damnatur. Turrian. & alij 12. Contrarium tamen etiam probabiliter docet Bonacin. & alij 6. *ibid. ref. 7.*

5 Si Sacerdos excepit confessionem alicuius in mortis periculo constituti, nec illum absoluuit, & paulò post superueniens inuenit illum sensibus destitutum, viuum tamen, potest illum absoluere dummodo non constet ægrum mutasse voluntatem. Zambran. & Chapeauil. *ibid. ref. 6.*

6 Si infirmus amissio rationis vñsu, nullum anteà dedit pœnitentiæ signum, nullo modo est absoluendus, licet alioquin benè vixerit. Quia actus iudicialis non exercetur ubi nulla præcessit accusatio. Malder, & alij 11. Contrarium tamen saltem extrinsecè est probabile ex auctoritate Homoboni & alior. 3. *ibid. ref. 8.* & p. 4 tr. 4. *ref. 92.*

7 In casibus supradictis, in quibus moribundus potest absoluī, Sacerdos non tantum potest, sed etiam ratione caritatis tenetur illum absoluere. Vazquez & alij 9. p. 3 tr. 3. *ref. 9.*

8 Quando confessarius in illis casibus absoluuit ex opinione probabili, non est necesse ut absoluat sub conditione: quia hoc tantum debet fieri in dubio

pro-

propriè dicto, non autem in opinione.

Vasqu. & Sancius *ibid. ref. 10.*

Vide *Articulus mortis.*

Adulter.

1 **C**Oniugatus qui delectatur de copulâ imaginariâ cum vxore alienâ, non solum peccat contra castitatem, sed etiam contra iustitiam : quia coniux per matrimonium non tantum corpus, sed etiam affectus coniugij obligavit. Bonac. p. 3. tr. 6. ref. 73.

2 Adulter qui suscepit prolem ex alterius uxore, probabiliter non tenetur ad resarcendum damnum legitimis filiis, modo ipse non fuerit auctor suppositionis. Tenetur tamen restituere alimenta proli impensa à tertio ætatis anno, Sotus & alij 2. p. 2. tr. 17. ref. 15.

3 Non tenetur uxor pecunias per adulterium partas, marito, aut alteri restituere ; quia damnum per adulterium illatum non est pecuniâ estimabile: neque leges adulterium prohibentes, reddunt irritam illam acceptionem, Bonac. & alij 2. *ibid. ref. 7.*

4 Ecclesiasticis legibus non licet uxori in adulterio deprehensam occidere; nam ex contrariâ sententiâ expo-

B

meretur